SCRIPTA

Numéro Scripta : 5066

Auteur(s) : Adrien IV [pape]

Bénéficiaire(s) : Gautier, Montebourg, Notre-Dame (abbé)

Bénéficiaire(s) : Montebourg, Notre-Dame (abbé)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : [1154-1157]

Action juridique : confirmation générale

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Adrien [IV] confirme les biens, les droits et les libertés de l'abbaye Notre-Dame de Montebourg.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 95, p. 181-184.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII*2eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., nº 10452, t. 2, p. 136.

Dissertation critique

Adrien IV, pape, 1154-1159 ; Gautier, abbé de Montebourg, avant 1147-après 1154/1157.

Texte établi d'après a

Adrianus episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Gautero abbati monasterii sancte Marie de Monteburgo eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam etc. Eapropter etc. Statuentes, ut quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : quicquid habetis ex dono bone memorie regis Henrici et patris eius Willelmi apud Monteburc tam in foresta quam in plano in redditibus et iustis consuetudinibus, pastum porcorum et aliorum animalium tam in bosco eiusdem burgi quam in omnibus aliis forestis Constantini, omnia telonia et pasnagia per Angliam et Normanniam de rebus abbatie Monteburgi libera et quieta cum omnibus placitis, que ad regiam pertinent coronam et que uobis canonice collata esse noscuntur, unam carucatam terre in Audouilla et XXXta acras terre in Ioga(m)uilla cum terra de Torpo, cum molendino de Aroudewe, terram de sancta Maria ecclesia et uacariarum de Bernawast, Fucaruillam liberam et quietam ab omnibus consuetudinibus sicut manerium sancti Marculfi, excepta quarta parte, apud Reuers decimam molendinorum cum iure, quod habetis in ecclesia, terram Huberti presbiteri, decimam terre de Beurant et molendini et ius, quod habetis in ecclesia, in Escoguesuilla ecclesiam sancti Laurencii cum omnibus appendiciis suis, ibidem ex dono Guillelmi de Magneuilla XIIcim acras terre et unam acram prati, ex dono Roberti de Rupe Xcem acras terre, ex dono Ricardi de Reuers dimidiam carucam terre, mansuram unam in

Sebeuilla, decimam molendinorum et anquillarum de Nigelhumo, decimam molendinorum de Gounouilla et de Torlauilla et molendini et foreste de Farmambruil et suarum uaccariarum de Bruis, Benedictam uillam cum ecclesia, unam mansuram apud Barbafluctum, ecclesiam de Morfaruilla cum duabus nundinis et omnibus appendiciis suis, cum decimis molendinorum et uirgultorum Sansonis de Morfaruilla, terram ante domum Ran(erii) Bedel et totam terram, quam ibi habuit Iordanus de Insula propter suectam, ecclesiam sancti Gregorii de Saremaisnil cum omnibus appendiciis suis, terram de Morsalines cum piscaria, terram de Ulfeduna cum piscaria Seue et de Addeuilla, que est in Uruia, terram, quam habebat Unfredus de Albineto in Ansgotuilla, unum uauassorem in Adeuilla, scilicet Gaufridum Sapientem, et duas partes decime de Morsalinis, ecclesiam sancti Gregorii de Caz cum omnibus ad eam pertinentibus et decimam tocius terre Henrici de Moiun, totam decimam uini de clausis Willelmi de Vernon in eadem uilla, ecclesiam sancti Michaelis cum tribus denariis cotidianis, terram de Campo Runcon, ecclesias de Nigelhummo liberas et quietas cum quinque prebendis et omnibus ad eas pertinentibus, terram de Buscheruilla, que reddit unum modium auene, unam mansuram in Funtaneto Falci et quicquid habetis in ecclesia eiusdem uille cum decimis uirgultorum abbatis et Lee(n)is decimam molendini et piscium de stagno Treueris, quicquid de feudo comitis Ranulfi pertinet ad ecclesiam de Gateuilla, ecclesiam de Teuilla cum omnibus pertinentiis suis, capellam sancte Crucis cum pertinentiis suis, locum de Causis cum omni terra circumadiacenti, terram de Mantehaia cum sancto Pancratio in Flammeuilla, unam mansuram reddentem sextarium unum frumenti et de decima molendini Geruasii de Uluilla unam minam frumenti, dimidium molendinum in Audonuilla, decimam de Estauilla cum tribus acris terre, sanctum Iohannem de Monterout cum terra clausi et decimis reddituum foreste et haie, ex dono wamannorum omnium Sare de sancto Uedasto et de Hogis, de Lestra, de Chineuilla et de sancto Marculfo concessu regis Henrici et dominorum suorum singulos dextros cutellos crassorum piscium, decimam molendinorum sancti Germani et de Buideros et de Monte Acuto, decimam molendini de Lestra, duas garbas eiusdem uille, mansuram Denteaurii, decimam molendini de Fossa, terram de Coeres, tres mansuras in Sortouilla, Xcem acras terre Rosce et terram unius carruce in eadem uilla, terram Daneuille cum ecclesia, decimam molendini de Feria, decimam molendini Duue, quicquid habetis in ecclesia de Gisleb(erti)uilla apud Moretonium, ecclesiam de Perers, ecclesiam de Berneuilla cum pertinenciis suis, ecclesiam de Torcleuilla excepta quarta parte de feudo sancti Saluatoris, ecclesiam de Ansleuilla et quicquid habetis in ecclesia sancti Floscelli et Siouuille, ecclesiam de Crasuilla, ecclesiam de Go(n)nouilla, ecclesiam sancti Maglorii de Serc, ex dono Willelmi monachi XXti quinque solidatas terre, in Morsalinis terram Ranoudi Lebort, apud Cesarisburgum IIIIor solidos, quos reddit Bristout, ex dono Vnfridi canonici II solidos, molendinum de Funnello, in Cheneuilla decimam molendini, in portu eiusdem uille tres acras terre ; in Anglia in insula de Wit unum manerium Sanfort et ibidem totam terram, quam habuit Gaufridus de Magneuilla in Witecumba cum suecta, in Dorsetesira manerium, quod dicitur Lodres, cum Bermentona, ecclesias de Poestoc, de Vrda, sancti Iacobi de Chauburgia cum ceteris omnibus de feudo Rogeri Arundel, ecclesiam de Farocia, ecclesiam de Trouuelai, in Deuenesira manerium nomine Axeimunda cum capella sancti Pancratii et sancti Leonardi, decimam de Estocecumba, in Bercesira manerium Ouuelai cum omnibus suis pertinentiis. Istas quoque libertates et consuetudines a rege rationabiliter uobis concessas tam in bosco quam in plano et ab Algaro bone memorie Constantiensi episcopo, sicut eorum carte testantur, uobis nichilominus confirmamus. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolice auctoritate et dyocesanorum episcoporum canonica iusticia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen. Amen.

Pôle Document numérique – MRSH – Université de Caen Normandie – consulté le 10/05/2024